



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Collegium Universi Juris Canonici

Engel, Ludwig

Salisburgi, 1693

Privilegium XLIV. Monasterium potest exceptionem non numeratæ pecuniæ etiam ultra biennium opponere.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61596](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61596)

PRIVILEGIUM XLIII.

Monasterium non obligatur ex mutuo nisi probetur verum in eius utilitatem.

1. A civitate ducitur argumentum ad Ecclesiam.

2. Quid juris si mutuum à Prælo cum consensu Capituli acceptum? remissive.

1. Civitas (inquit Vlp. in L. 27. ff. si certum per) mutui datione obligari potest, si ad utilitatem ejus pecunia versa sint, alioquin ipsi soli, qui contraxerunt non Civitas tenebitur. Idem jus civitatis ad Ecclesiam transferunt DD. & factis colligitur ex Auth. hoc jus porrectum, in fin. C. de SS. Eccl. c. pen. X. de fideiuss. c. 1. ibi. pro necessitate Ecclesia contra de solutione. Sed an hæc probatio verisionis in utilitatem Ecclesie si Prælati vel Administratores unâ cum consensu, Conventus seu Capituli mutuas pecunias accepit controversia est: De qua videatur Fach. 2. Contr. c. 77.

PRIVILEGIUM XLIV.

Monasterium potest exceptionem non numeratæ pecuniæ etiam ultra biennium opponere.

1. Quid sit exceptio non numeratæ pecuniæ.

2. Hac privilegium consequitur ex priore.

1. Si debitor in chyrographo fateatur se accepisse pecuniam mutuatam, & ex postfacto conventus super mutuo neget sibi pecuniam aliquando ab Actore seu Creditore numeratam esse, idque intra biennium fecerit, audietur eatenus, ut in Actorem transferat onus probandi, pecuniam numeratam fuisse, post biennium vero elapsam de foro Civili absoluta solvendi obligatio constituitur. Præsumitur enim præsumptione juris & de jure (contra quam non admittitur probatio in contrarium) Chyrographum tanto tempore relicturn non fuisse apud Creditorem nisi pecuniam accepisset, s. s. Infr. de Litt. obl. at tamen exceptio in Monasterio ex priori privilegio consequitur: si enim Creditor non potest eam effectu agere ad suam debitum conse-

quendum, nisi probet in utilitatem Ecclesie convertum, profectò non Monasterio sed ipsi pecuniæ numeratio probanda incumbet, tradit etiam Tyraq. priv. 154. Cum Baldo in auth. hoc jus porrectum, C. de S. Eccl.

PRIVILEGIUM XLV.

Beneficia regularia, tantùm regularibus conferenda sunt, & in dubio beneficium fundatum in Monasterio præsumitur regulare.

1. Quanam dicantur beneficia secularia.
2. Quando beneficium regulare possit commutari in seculare.
3. Quanam regularia.
4. In Monasterio fundatum beneficium præsumitur regulare.
5. Mala consequentia S. Petrus fuit secularis, ergo omnia beneficia præsumuntur talia.
6. Consensus Abbatis & Conventus, requiritur ut in Monasterio fundetur beneficium seculare, eritque tunc Monasterium Compatriotum.
7. Beneficiorum secularium incapaces sunt Religiosi.
8. Possunt autem eligi in Episcopos.
9. Item promoveri ad dignitates Ecclesiarum collegiarum.
10. Item ad Parochias seculares.
11. Constitum à quodam traditum circa promotionem Religiosorum ad Parochias.

Communis beneficiorum divisio est, quod alia sint secularia, alia regularia; secularia dicuntur illa, quæ vel ab initio pro Clericis secularibus fundata sunt, vel in quibus ex succedente præscriptione 40. annorum, vel legitima fundationis ex autoritate sedis Apostolicæ, commutatione (quæ commutatio tunc demum de jure rectè fieri censetur, si beneficia regularium nec per Religiosos ejusdem, nec alterius Ordinis provideri possint Tex. & Gloss. in c. inter quatuor s. de Relig. dom. c. possessiones. 10. de Rebus Eccles. non alienandis cap. ratulatum. 7. no Clerici vel Monachi) Clericis secularibus jus quæsitum est. Regularia verò beneficia sunt, quæ similiter vel ex prima fundatio